

NUM

XXI







~~#7~~ 16. 15  
A & Ω.  
DE

# CODICILLIS,

Nobilissimo JCTORUM Ordine  
consentiente,

PRÆSIDE

## FRID. GEISLER,

Reussendorff-Silesio.

Phil. & J. U. D. ac Institut. imper. Prof. publ.

*in collegio Petrino horis Matutinis*

*die 11. April. & A. C. 1677.*

publ. disput.

FRIDERICUS-VOLRATH Schurche/

Islebiensis Saxo,

AUCTOR.

---

LIPSIÆ,

Literis JOHANN-ERICI HAHNII.



CODICILLIS

Nobilissimo Jectorum Ordine

consentiente  
P R A E S I D E

FRID. GESSLER

Ruffendorff-Schenck

Phil. et J. U. X. ac Juris Imperialis

in Collegio Romano

den. April. 1747

procl. d. p. p.

FRIDERICUS-VOLRATIN GESSLER

Isabellus Saxo

AUCTOR

L. J. JOHANNIS ERICI HAHNII

in Collegio Romano  
Phil. et J. U. X. ac Juris Imperialis  
in Collegio Romano  
den. April. 1747  
procl. d. p. p.





## PROOEMIUM.



Vantum inter capita legalia, quorum vis in  
Ulsu quotidiano sita est, excellant ea, quæ  
de CODICILLIS EORUMque JURE agunt,  
conjectu facile est *ex notabili textu pr. Inst. de  
Codicillis*. Siquidem ut Codicillorum usus  
in rempublicam Romanorum introducere-  
tur, atque publicâ legislatoris autoritate in perpetui Juris  
formam redigeretur, in causâ nihil fuit magis quam urgen-  
tissima eorum Utilitas, imò & Necessitas. Justinianus  
quippe propter magnas & longas veterum peregrinationes  
Utilissimum juxta & Necessarium visum fuisse tradit *in d. pr.*  
ut si quis Testamentum facere non posset (impeditus scilicet  
ob defectum eorum, quæ ad Testamenti solennitatem re-  
quiruntur, putâ quod copiâ Septem testium, aliavè consimi-  
li solennitate sit destitutus) ei Codicillos facere liceret.  
*Confer Angel. Aret. Schneidevv. ad pr. J. d. t.* Quæ facultas  
codicillandi tantum abest, ut ad Peregrinationum difficul-  
tates solummodo restringatur, ut etiam ad Alia impedi-  
menta necessaria, quæ hominibus variè de Facto obtingere  
possunt, extendatur, ceu ipsa introductionis Causa lucu-  
lento est argumento. Et militat pro isthâc Ampliatione  
ingens (i.) ultimarum voluntatum Favor, cujus intuitu  
Codicillorum usus præcipuè introductus videtur esse. Nam  
cum Testamenta permultis perficiantur solennitatibus,  
quæ tamen ob aliquod impedimentum Facti ab hominibus  
quandoque observari nequeunt, ideò ex mente Imperatoris,  
licitum est Codicillos multò minori testium numero, & sub  
quâdam solennitatum remissione conficere: ut sic homini-  
bus Liberior ac Facilior de bonis suis per ultimam volunta-



tem disponendi sit facultas, eorumq; supremæ dispositiones, quæ alioquin ob pluralitatem solennitatum ad unquam observandarū facilè periclitari possunt, tantò Certius conferventur & ad exitū deducantur. Maximè cūm hominibus nihil magis Debeat ut ultimæ voluntatis, postquā aliud velle non possunt, Liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, Arbitrium *arg. l. 1. C. de SS. Eccles.* ipsorumq; suprema judicia suum sortiri effectum publicè Expediat *per l. 5. ff. quemad. Testam. aper.* Tum quoq; (2.) haud obscura est codicillorum Commoditas. Cum is, qui oblitus fuit rei cuiuspiam in Testamento non descriptæ, vel qui veretur, ne oblivione quid prætereat, Codicillum ante vel post testamentum condere sine ragnō negotiō potest, *uti ex l. 8. pr. ff. de Codicill. observ. Mynsing. in comm. Inst. ad rubr. d. t. n. 5.*


Quia igitur Utilitate pariter & Necessitate sese commendat materia CODICILLORUM, perq; totam rempublicam Romano-Germanicam atq; terras præcipuè Saxonicas in viridi Ufu servatur: illa autem, quæ Usū habent in vitā, plenius ac pinguius tangenda sunt (monentibus Jctorum facile supremis Paulo *in l. 25. ff. de liberat. legat.* Ulpiano *l. 1. ff. de suspect. tutor. & curat.* & Papiniano *l. 44. pr. ff. de Usucap.*) Proinde conatum nullatenus inanem fore putavi, si memoratam Materiam diligentius excuterem, inq;ve ejus naturam ex lege consvetæ Methodi quantum per ingenii modulum liceret, inquirerem, ut tandem eam in Thesibus aliquot publico examini sisterem.

Quod ut fortunatè ac feliciter cedat, sacratissimi Imp. Justiniani ductu *in l. 2. pr. C. de off. præs. Præt. Afric.* ad Domini nostri JESU CHRISTI providentiam animum meum refero!



THESIS I.

Codicilli DICUNTUR à *Codice* (a), quod à *Caudice* per *μετάληψιν* (b) descendit.

(a) ocabulum *Codex* sive *Caudex* propriè designat crassiorem arboris partem, quæ à radice supra terram adsurgit, ramosque secum trahit, ac vulgò *Stirps* sive *Truncus arboris* Germ. *der Stamm* des *Baumes* nominari solet. *Joann. Oldendorp. in progymn. act. forens. class. 5. de signif. testam. & codicill. p. mibi 650.* Ex hac parte arboris, *Caudice* puta, antiqui olim tabulas, ferrulâ quâdam tenuiter dissectas & perquam subtiliter lævigatas, efformare consueverunt, in quibus postmodum cerâ obductis atque illitis, ob usum chartæ & membranarum tunc temporis nondum inventum stylô scriptitabant, attestantibus *Isidoro libro 7. orig. Petr. Gregor. de Repub. lib. 16. cap. 3. n. 1. Wesenb. in π. ff. de jure Codicill. n. 2.* Quæ in tabulis ligneis scribendi ratio adeò est vetusta, ut etiam ante Trojana tempora in usu fuisse à *Plinio solertissimo* ex *Homerò* tradatur *lib. 13. hist. natural. cap. 11.* Unde ligneas istas tabulas ceratas priscum genus mortalium *συνεκδοχικῶς* (positâ scil. materiâ pro materiâ seu re ex materiâ confectâ) *Codices* vocavit. Quam in rem videndus *Seneca de brevitate vite cap. 13.* ubi *Caudicem* apud Antiquos *Plurium tabularum* contextum fuisse nominatum ait. Et *Varro*, qui *Codices* à *Veteribus* olim dictos esse *Plures tabulas* coniectas annotat *lib. 3. de vita pop. Rom. apud Nonn.* Præterea quoque vocem *Codicillorum* notare *Ligna* ex *Catone lib. 55. de re Rust.* bene observat *Joh. Strauch. in diff. ff. 10. aph. 23.* Inde per modò dictam *Synecdochen* materiæ *Lignum* pro *Tabulis ligneis* seu ex ligno confectis dicitur *in l. 19. ff. de bon. poss. contra tabb.* Ut ut igitur talis è *Codicibus arborum* efformandi consuetudo progressu temporis paulatim obsoleverit, & nobilissimò chartarum membranarumque usu repertò, penitus mutata fuerit, priscum tamen *Nomen*, quippe *Rei ipsi* impositum, nobis etiamnum remansit: ut adeò quivis *liber*, *volumen* quodvis, & quævis *tabulæ*, quibus aliquid extat *inscriptum*, appellatione *Codicis* hodie insigniri nonnunquam soleant. Hinc *liber* *Scripturæ Sacræ* sive *Biblia* à



Theologis aliisve interdum facer dicitur Codex. Hinc Constitutionum imperatoriarum volumina specialiter & *κατ' ἐξοχήν* Codices sunt nominata *l. un. C. de nov. Cod. fac. & l. un. C. de Just. Cod. confirm.* Quin etiam tabulæ notitiam dignitatum & administrationum civilium vel militarium, & mandatorum Principalium & promotionum & consuetudinum continentes à Leone imperatore *in l. 3. circ. fin. C. de argent. in reb. lib. 12.* itidemque Argentariorum & Nummulariorum scripturæ, quibus eorum comprehendebantur rationes, Codices appellantur *l. 9. §. 2. ff. de edendo.* Et cum in ejusmodi tabulis ultima hominum meliora imprimis consignarentur: idcirco nomen illud Codicis accommodatum quoque & inditum Testamentariæ Scripturæ fuit, ut meridianâ luce clarius patescit ex *§. 13. pr. Inst. de Testam. l. 1. §. 6. ff. de honor. possess. secund. tabb.* Quibus cum consentit Poëta Juvenalis, eleganter dicens:

-----  
 ----- nam Codice favo

-----  
 Heredes vetat esse, suos. -----

- b. (b) Sive literarum quondam immutationem ac vicissitudinem.

## THESIS II.

Non unô modô Codicilli ACCIPIUNTUR tum *ſcitis*, tum *aliis quoq; Scriptoribus* (a). in Jure accipiuntur pro Parvo codice ac libello (b): interdum pro Instrumento à tabulis testamenti separato (c): sæpe pro Principis rescripto ac diplomate (d): potissimum verò, & hõc locò, pro certa Ultimæ voluntatis specie (e).

- a. (a) Sic *apud Tullium* sumitur interdum pro Tabellis, in quas referri aliquid & consignari potest. e. g. *in Philipp.* hic sententias nostras in Codicillis & omnia verba referebat. Et *apud Eundem* a libi extat hæc phrasis: exemplum literarum in Codicillis exarare. Germanicè ejusmodi Codicillos appellare possis *Schreibetäfelin.* Postea & aliquando significant literas ab Amico ad Amicum perscriptas. Ita *Cicero ad Quint. Fratr.* Epistolam hanc efflagitarunt Codicilli tui. *Sulpitius ad Ciceronem:* puer Acidini mihi obviam venit



venit cum Codicillis. vide *Mynsing. comm. Inst. ad rubr. de Codicill. Vultej. ad pr. Inst. eod. n. 1.* (b) *l. 52. pr. ff. de legat. 3.* (c) videatur *l. pen. 7. b. c. C. de Codicill.* (d) *§. 4. Instit. quib. mod. jus patr. pot. l. 41. pr. ff. de Excusation. l. 1. pr. C. ut omnes iudices & c. l. 12. C. de Dignitatib. lib. 12. c.* (e) oppositâ seu contradistinctâ Testamentis, scil. respectu delationis hereditatis & modi succedendi *arg. l. 7. C. de Codicill. l. 14. C. de Testam.* Testamentô enim hereditas directè, Codicillis autem indirectè & obliquè defertur *§. 2. Inst. de Cod. l. 2. C. eod. VVesenb. in π. ff. de Testam. n. 2. ibiq. Habn. in not. Vult. jurispr. Rom. lib. 1. cap. 73. Dn. Georg. Ad. Struv. in Syntagm. jur. Civil. exerc. 32. tb. 2.*

### THESIS III.

Codicilli DEFINIUNTUR ultima voluntas (a) minus solennis (b) citra heredis institutionem (c) coram quinque testibus (d) facta de eô (e) quod quis post mortem suam (f) fieri velit.

(a) Sufficiens Genus est ultima voluntas *pr. in verb. Voluntas a. rem ejus & c. & §. 1. in fin. ibi: à Voluntate & c. Inst. de Codicillis. l. ult. §. ult. C. eod.* Angustius ergo definiuntur per Scripturam: quam tamen Generis loco posuit *Wesenb. in π. ff. b. t. n. 2.* Quoniam Codicilli non præcisè requirunt Scripturam, sed sine eâdem fieri & nudè nuncupari possunt *per l. fin. pr. C. de bon. libert. l. 13. C. de SS. Eccl. l. ult. in fin. C. b. t. nr. Gloss. in rubric. Cod. & Inst. eod. adde Habn. in notis ad VVesenb. π. ff. b. t. n. 3. Confer infra tb. 4. C.* Nec per Testamentum definiri debent Codicilli. Codicilli enim propriè Testamentum non sunt, nec strictâ appellatione testamenti continentur: cum sint diversa species à Testamento, eiqve contradistingvantur *in l. 7. C. b. t. l. 14. C. de Testam. Zepper. de Codicill. c. 2. n. 10.* Unde colligendum, eos aut Nullô modô, aut sub Laxa saltem significatione testamenti venire, indeqve Impropiè sic nominari *arg. l. 1. §. 2. ff. de tab. exhibend. Cardinal. Tusch. tom. 1. pract. concl. lit. C. conclus. 404. n. 1. & tom. 8. lit. T. conclus. 91. n. 3. Bach. ad Treutl. disp. 10. tb. 1. lit. F. Ludvv. ex 9. tb. 10. lit. b.* Porrò nec per supplementum testamenti [quemadmodum tamen faciunt *Theophil. in Inst. suis pr. b. t. & Harmen-*



Harmenopulus *lib. 5. tit. 7. eclog. 1.* quos sequuntur libri Basilicorum *lib. 36. tit. 1.* nec per Correctionem testamenti [ ut à non paucis fit ] adæquatè definitur. Ideo quod Codicilli etiam Sine testamento & ab intestato condantur: imò cum in casum extantis vel extituri testamenti fiunt, nihil est, quod Corrigant testamentum; siquidem illi quoque Codicilli dubio procul valent, qui planè Non suppleant vel corrigant testamentum, neque ejus pars sunt & sequela *Gothofred. in b. not. ad rubric. ff. de Codicillis lit. e.* (b) **Ultima voluntas MINUS SOLENNIS** dicuntur **Respective** & in **comparatione** ad testamenta, utpote quæ Plures solennitates ad sui perfectionem desiderant *Gloss. ad §. ult. Inst. h. t. Hugo. Donell. lib. 7. comm. jur. civ. cap. 19. ibid. Hillig. lit. F. Sichard. ad rubr. §. b. t. n. 4. Ortholpb. Fomann disp. 16. th. 12. lit. b. Dn. Strauch. diff. 10. de legat. & c. aph. 23.* Certum enim aliàs est, Codicillos etiam, si **Absolute** & **in Se** spectentur, suam quandam solennitatem habere; uti palam est ex quinario testium Numerò [ qui Uno contextu & actu adhiberi debet ] & necessariâ testium Subscriptionem, si in scriptis fieri debent *Codicilli l. fin. §. ult. C. de Codicillis.* Quæ sanè requisita non nudæ ac solius Probationis, verum etiam aliqualis Solennitatis causâ adhibentur. *Sichard. ad rubr. §. de Codicill. n. 3. Ludvv. p. 2. de ult. volunt. c. 5. Dn. Eyben. obs. disp. 12. obs. 2.* Nec obstat §. ult. *Inst. de Codicill.* ubi dicitur Codicillos nullam solennitatem ordinationis desiderare. Etenim hoc ipsum non est ita accipiendum, quasi **Absolute** & **Simpliciter** nullam solennitatem codicilli desiderarent; sed cum micâ salis, scil. quod non **Talis** [ i. e. tam plena ac perfecta ] qualem testamenta exigunt, requiratur. *Donell. 7. comm. cap. 19. Andr. Scheffer. part. 3. quest. juris pract. quest. 4. n. 1. & seqq. Nicol. Reusner. tract. de Codicill. c. 10. n. 5. & seqq.*

c. (c) **DIRECTAM** putà. Nam quia solis testamentis perpetua ac propria est Directa heredis institutio [ ita ut sine eâ nullum testamentum jure Romano valeat *l. 3. verb. Calpurnius ff. de his quæ in test. del.* & ut veluti caput atque fundamentum totius testamenti intelligatur



gatur §. 34. *Inst. de legat. l. 1. pr. ff. de hered. instit.*] Ideò illa in Codicillis fieri non potest §. 2. *Instit. de Codicill. l. 10. ff. § l. 2. C. eod.* Quod adeò verum est, ut nec Parens Liberos directè instituere in codicillis valeat *l. 76. ff. ad SCt. Trebell. junct. l. 7. C. de Codicill. Nicol. Reusner. tr. de Codicill. c. 7. n. 27. Hieron. de Cavallos. pract. quest. comm. qv. 780.* Imò nec Piæ causæ directè hereditatem in Codicillis relinquere posse, evincitur textu *l. 10. ff. de Codicill. Job. Philipp. in usu pract. Inst. lib. 2. eclog. 105. n. 5. § 6.* Ratio est, tum ne confundantur jura testamentorum & Codicillorum *d. §. 2. Inst. de Codicill.* tum ne per Codicillos qui ex testamento valent, ipsum Testamentum, quod vim ex Institutione heredum capit, confirmari videatur. *Pap. in l. 10. ff. de Codicill. id est secundum Glossam ibi § Bart. ne hoc absurdum eveniret, ut per accessorium (Codicillos) confirmetur principale (videlicet testamentum): atque ita illius major sit vis, quam hujus.* Quam proinde Papiniani rationem specialiore esse & ad Codicillos Testamento factos tantum pertinere rectè putat *Ludw. ad §. 2. Inst. de Codicill.* Quemadmodum igitur heres Regulariter in codicillis Directò institui non potest: ita, ob rationis identitatem, neque Substitui neque Exheredari, neque etiam Conditio heredi in testamento purè instituto adjici potest *per §. 2. Inst. de Codicill. l. 10. l. 6. ff. § l. 2. C. eod. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. l. 4. C. de his quibus ut indignis l. penult. §. 1. de condit. inst.* **SUBSTITUTIO HEREDIS** in illis fieri ideò nequit, quòd pari passu ambulet cum Institutione *arg. l. 7. C. de Codicill. nihilque aliud sit quam secundi vel ulterioris heredis institutio, adeoque species quædam institutionis pr. Inst. de verâ & pupill. Substit. l. 1. § l. 43. §. 2. ff. eod.* Cùm ergò Institutio in codicillis non valeat, multò minus Substitutio in iisdem facta valebit, *per allegata jura.* Parili ratione nec EXHEREDATIO scribi seu hereditas adimi & auferri cuiquam in codicillis potest *d. §. 2. Inst. de Codicill. § d. l. 4. C. de his quibus ut indignis.* quia quod in Datione, idem quoque in Ademptione hîc obtinet *arg. l. 14. C. de Testam. & Privatio est non nisi ejus, cujus est & Habitus sive positio arg. l. 3. ff. de R. J. l. 4. § l. 18. ff. de acquir. heredit. ibiq; Gotthofred. in not.* His consequens est, quòd ne CONDITIO quidem heredi in testamento Purè scripto, in codicillis apponi possit. *d. l. 6. ff. § §. 2. Inst. de Codicill. Bald. consil. 475. lib. 2. b. t.* Quoniam ista foret Nova institutio

B

ac



ac diversa à priori, quæ in testamento pura erat. Deinde si Conditio ei, qui antea in testamento Purè scriptus erat, adjiceretur, ob Defectum & non-existentiam conditionis illius postea hereditas tacitè Adimeretur, ut adeo in effectu Non videretur scriptus *l. 27. §. ult. ff. de condition. instit. ibiq; Brunnem. & ad l. 6. ff. b. t. Wesenb. ad §. 2. Inst. de Codicill. Donell. 7. comm. 19. in fin. Ferdin. Vasqv. de success. lib. 3. §. 25. lib. 30. n. 13.* Unde, licet heredi in testamento Purè instituto Conditio aliqua in codicillis adjecta fuerit, heres tamen ei parere necesse non habet; sed hereditatem purè consequitur, quoniam dicta conditio nullius est momenti, nec Vitiat institutionem in testamento per se validam legitimeq; factam; sed ipsa Vitiatur ac pro non adjecta habetur *arg. d. l. 27. §. 1. ff. de condit. instit. & l. 6. pr. ff. de Codicill. Mynsing. ad §. 2. Schneidew. ad §. ult. n. 3. Inst. de Codicill.* Sicuti autem institutioni heredis antea in testamento Purè factæ Conditio in codicillis apponi nequit: ita quoque ex diverso Conditio adjecta in testamento adimi seu removeri in codicillis non potest *Donell. 7. comm. 19. in fin. Barry de success. lib. 11. tit. 6. n. 10. Brunnem. ad l. pen. §. 1. ff. de condit. inst.* Quoniam pari jure censetur Adjectio & Remotio: atq; hoc ipsò, quo Illa interdicta reperitur, etiam Hæc, ex rationis identitate, prohibita intelligitur, *per rationem paulò superius ad casum prohibita Exheredationis allegatam.* Quin etiam hæc ratione Nova heredis conciperetur institutio atq; Directa hereditas, quæ in testamento prius sub Conditione data fuisset, nunc in codicillis Purè daretur; quod tamen leges interdiciunt. *Salycet. in l. 2. C. de Codicill. Angel. Aret. ad §. penult. Inst. eod.* Planè cum ex dictis pateat, magni ponderis, certitudinis atq; amplitudinis esse REGULAM, quòd in Codicillis nemo neq; heres Institui neq; Exheredari directò possit; nihilominus tamen ab eâ EXCIPIUNTUR primò Milites in expeditione versantes, quibus & in codicillis Directò heredem instituere licet *arg. l. 19. & l. 36. ff. de testam. milit.* Quæ sententia communi Dd. calculò est approbata, utpote quam quoque tenet Glossa *in d. l. 36. Bart. consil. 68. n. 2. Bald. in l. Filii 16. n. 6. C. famil. hercisc. Roman. consil. 179. n. 12. & seqq. Bertrand. qui plurimos citat consil. 143. n. 4. lib. 3. ac novissimè Dn. Struv. synt. jur. civ. ex. 34. tb. 7. Eccold ad ff. de testam. milit. §. 1. & de jure Codicillor. §. 6.* Quamvis in contrariam Negativam magis



gis inclinare videatur Ludvvel *ex. 9. tb. 10. lit. d.* Porro limitanda venit præfata regula in **Declaratione** heredis in testamento Obscurè scripti. Quia is per specificam nominis expressionem certificari, adeoque Determinatè ac specialiter referri in codicillis potest. v. g. si testator in testamento dicat: *cujus nomen in Codicillis scripsero, ille mihi heres esto.* Sive: heredem quem in Codicillis referam, instituo; & postmodum Codicillos condat, in quibus Titium instituit heredem *l. 77. ff. de hered. instit. l. 10. pr. ff. de condit. inst. Dautb. de testam. n. 340. Francisc. de Barry de success. rest. & Intest. lib. 1. tit. 6. n. 9.* Tali quippe casu non fit Nova heredis institutio, sed tantummodo id, quod antea in testamento obscurius erat dictum, nominatim detegitur, magisque Conspicuè exhibetur; & per fictionem quandam juris translative tempus confectionis Codicillorum ad tempus conditi Testamenti retrahitur, atque sic accipitur, quasi in ipso Testamento expressum fuisset specificum heredis nomen. confer *Mantic. de conjeçt. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. n. 10. & lib. 6. tit. 4. n. 3. Card. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. conclus. 86. n. 10.* At si testator nominis expressionem nec **Implicitè** [ita ut ex verbis prolatis Conjici quodammodo possit, de quonam senserit] nec **Explicitè** [secundum promissionem antea in testamento à se factam] in codicillis fecerit, tunc institutio, utpote Conditionalis, deficiente conditione, evanescit & annihilatur. *Dd. comm. in §. 2. Inst. de Codicill.* Similiter quoque cum plures in testamento heredes Absolutè instituti sunt, & Nulli certa portio hereditaria adscripta, tum testator Indefinitam & obscuram orationem restringere & Clarius explicare, adeoque pro arbitrio suo partes in Specie cuilibet heredi in codicillis adsignare poterit. v. g. si in Testamento dixit: *ex quâ parte Titium Mævium & Sempronium in Codicillis heredes scripsero, heredes sunt.* *Barry d. l. n. 9.* Et tunc si testator promissa impleverit, & in Codicillis suas cuique partes adscripserit, illæ observandæ erunt; Sin autem codicillos Non fecerit, vel fecerit quidem, sed in iis partes hereditarias vigore promissionis testamentariæ Non declararit, tunc implicita partium mentio in testamento non attenditur, sed heredes pro Æqualiter institutis habentur *l. 36. ff. de hered. instituend.* Cujus rei hanc reddit rationem Dion. Gothofredus *ibi in notis*, quod ea,



quæ valere possunt Sine declaratione, non vitentur Non factâ de-  
 clatione. Adde, quòd testator partes cujusque heredis in codicillis  
 non determinans præsumatur Mutasse voluntatem suam de diversis  
 portionibus adsignandis, & voluisse ut omnes ex Æquis partibus  
 heredes essent. *vide sis Job. Brunnem. ad d. l. 36.* Idem planè juris est  
 in Substitutione & Exheredatione. Quantum enim ad SUBSTITU-  
 TIONEM, sanè ea, si ita in testamento facta fuerit, ut propter verba  
 Ambigua in directam æque ac obliquam flecti possit, Declarari in  
 codicillis poterit ut Directa. *Barry d. l. n. 9. adde Gothofred. in not.*  
*ad l. 2. C. de Codicill. lit. C.* Quod autem EXHEREDATIONEM con-  
 cernit, si quidem Dubiâ oratione à parente sit in testamento facta,  
 ita ut constare nequeat, de quònam ex liberis senserit: tunc illam  
 testator Explicare & specificum Filii nomen exprimere in codicillis  
 potest. *Didac. Spino à Carcer. in spec. test. tit. de exhered. n. 14.* Et  
 hoc amplius notandum, heredem in testamento scriptum posse in  
 codicillis declarari INDIGNUM HEREDITATE v. c. si testator in  
 iis dicat, unum ex heredibus institutis (quem specificè denomina-  
 vit) Non mereri voluntatem suam, fortè quòd ad instituendum  
 eum metu Coactus fuerit, illamque voluntatem lubenti animò du-  
 dum mutaturus fuisset, nisi periculum ab eòdem sibi metuisset. Hòc  
 & simili casu portio hereditaria ei tanquam Indigno adimitur & in-  
 versò jure accrescendi ad Fiscum defertur *l. 4. C. de his quibus ut in-*  
*dign. Job. Dilect. de arte testandi tit. 10. cautel. 8. n. 2.* nisi liquidò ap-  
 pareat, favore Coheredum declarationem esse factam, licet hoc re-  
 gulariter non præsumendum sit. *vid. Mantio. de conjeet. ult. volunt.*  
*d. lib. 2. tit. 7. n. 5. & lib. 6. tit. 4. n. 7.* (d) Uti in Quavis ultimâ volun-  
 tate (exceptis tamen Testamentis) sive illa scriptis sive sine scriptis  
 conficiatur, Quinque testes regulariter adhiberi debent: ita & in  
 Codicillis, sive fiant cum testamento sive sine eò & ab intestato: sive  
 per scripturam sive absque eâ *arg. l. ult. §. ult. C. de Codicill. & l. 28.*  
*§. 1. C. de Testam. Ludvv. ex. 9. tb. 10. lit. d. Hontbem. de arte Notariat.*  
*lib. 2. c. 2. n. 1. 2. & 3.* Excipiuntur verò codicilli Privilegiati & ii  
 qui hodiè Judicialiter coram actis publicis fieri possunt, item codi-  
 e. cilli Cæcorum, *de quibus omnibus infr. tb. 13. lit. B.* (e) indicatur hic  
 Materia circa quam seu Objectum codicillorum, quod in *tb. 11. plu-*  
 f. ribus exhibetur. (f) Ante mortem non valent, sed Obitu demum  
 codi-



codicillantis [ sicut testamentum morte testatoris ] confirmantur & ad exitum deducuntur *Inst. ff. & C. de Codicill. c. cum Martha extr. de celebrat. missar.* Proprium enim est ultimæ cujusque voluntatis ut non nisi Post mortem disponentis suum sortiatur effectum *l. 1. §. 1. C. de caduc. toll.* Propterea quòd voluntas hominis Ambulatoria sit & revocabilis usque ad supremum vitæ exitum *l. 32. §. 3. ff. de donat. inter vir. & ux. l. 4. ff. de adim. vel transfer. legat. l. 1. C. de SS. Eccles.* in tantum ut per Pactum vel conventionem nemo eam sibi legem statuere possit, quò minus à priori voluntate Recedere non liceat *l. 22. ff. de legat. 3. l. 15. C. de pact. Gloss. in c. non debet. de R. I. in 6to.* Imò licet disponens Juramento asseruerit, se priorem suam voluntatem Non mutaturum vel Revocaturum esse, tamen, eo non obstante, nihilominus illam adhuc Mutare aut Revocare potest. *Secundum Dd. in d. l. 22. ff. de legat. 3. & Gloss. in c. ultima voluntas 13. qv. 6. & d. c. cum Martha 6. extr. de celebr. missar.* Quantumvis exinde Perjurus fiat ex mente Canonistarum in *c. cum contingat 6. extr. de jurejur. & ex notatis in c. ult. de procuratorib. in 6to. vid. Jul. Clarus §. testamentum qv. 94. n. 3. & 4. Dauth. de testament. n. 89. & aliquot seqq. Ludov. ex. 7. th. 2. lit. f. cum Dd. ibid. allegat.* Atque hòc potissimum nomine Codicilli pariter & Testamenta cum cæteris Ultimis voluntatibus discernuntur à Contractibus, qui celebrari inter Vivos solent, ac statim ut perfecti sunt, Obligationem pariunt. *l. 19. ff. de V. S. nec revocari possunt l. 1. pr. ff. de pactis ; nisi utraque pars contrahentium consentiat l. 83. §. 1. ff. de V. O.*

#### THESES IV.

DIVIDUNTUR ( primùm ) codicilli à causâ Instrumentali ( a ) in *Scriptos* ( b ) & *Non Scriptos* ( c ).

( a ) *Secundum Am. Eccold ad ff. de jur. Codicill. §. 3. aliis respectu Formæ scilicet accidentalis, ut Donell. 7. comm. 18. Ortblph. Formann disp. 16. th. 12.* ( b ) *SCRIPTI* sunt, quando codicillans vel per se b. vel per alium voluntatem suam *Scripto & Literis* comprehendit, ad similitudinem Testamenti scripti *arg. l. 21. C. de Testam. Donell. 7. comm. 18. & 19. Schneidevv. ad pr. & §. 1. Inst. de Codicill. n. 28.* Unde nec quicquam refert utrum Græcè an Latinè id fiat *d. l. 21. §. fin. si- ve in tabella Ceratâ sive Ligneâ sive Lapidea : sive in Chartulâ tan-*



tum deletitiâ, sive in Membranâ aut pergamenô *arg. §. 12. Inst. de Testam. ordin. l. 15. §. fin. C. eod. l. 1. pr. l. 4. ff. de bonor. possess. secund. tab.* Hæc enim pariter obtinent in Codicillis atque in Testamentis  
c. scripto comprehensis. (c) NON SCRIPTI dicuntur, cum codicillans ultimam suam voluntatem vivâ Voce coram quinque testibus nuncupat seu declarat: sive ea postea in Scripturam redigatur sive *Non l. fin. §. fin. C. de Codicillis. Gloss. Mynsing. n. 4. & Dd. comm. super rubr. Inst. & C. de Codicill.* Appellantur & Nuncupativi: quia ad similitudinem testamenti nuncupativi fiunt. *Hug. Donell. Schneidevv. dd. ll.* Et quamvis minimè desint, qui Propriè Codicillos solummodo in Scriptis, abusivè autem & Impropiè sine scriptis seu per Nuncupationem fieri affirmant, ut *Azo ad Cod. de Codicill. n. 4.* quem sequitur *Wesenb. in π. ff. b. t. n. 3.* *Reusner tract. de Codicill. c. 4. n. 3.* argumento à vi Nominis deductò. quomodo? quòd, sicuti Codicilli per deminutionem dicti sunt à Codice; Codex verò latinis non est nisi Scriptus: ita nec Codicilli nisi Scripti esse queant. *videatur Donellus cit. loc.* Unde etiam ex istâ hypothesi *Wesenbecius in π. ff. de Codicill. n. 2.* in descriptione Codicillorum, loco Generis posuit Scripturam: quod tamen genus ut nimis angustum *suprà th. 3. lit. a* rejectum fuit. Veruntamen, non obstantibus hisce, asseritur codicillos etiam Propriè dictos Sine scripturâ fieri, & æqvè ac scriptos Codicillorum nomine venire, proptereaquè rectè dici Nuncupativos: tum quod argumentatio illa, *quâ modò citati Dd. & alii moventur*, non sit Necesaria, Rei què ipsius potius quàm Verborum ratio haberi debeat. *arg. l. 2. §. 2. ff. de supellect. legat. Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 10. th. 8. lit. c. d.* Quid? quod non tam forma codicillorum Externa quàm vel maximè Voluntas codicillantis respiciatur, quæ perinde vivâ Voce, ac forte scripturâ exprimi potest. Adde quòd isthæc divisio codicillorum in Scriptos & Non scriptos s. nuncupativos, non modò à Dd. communiter sit hodie recepta & approbata, sed variis insuper juris Textibus communita *l. ult. in pr. C. de bon. libert. l. 13. C. de SS. Eccles. ibiq. Gloss. l. ult. §. ult. C. de Codicill. Bachov. Schneidevv. ll. cit. Ortholph. Fomann disp. 16. th. 12. lit. a. Hahn ad Wesenb. π. ff. de Codicill. n. 3.* Licet forte Olim in Scriptis tantum  
conditi



conditi fuerint codicilli, ut tenet Glossa ad rubr. Inst. de Codicill. Si-  
chard. ad rubr. C. eod. n. 6. Quod tamen non satis liquidè probari  
videtur Bachovio d. l.

### THESIS V.

Utrique ( deinde) & Scripti & Nuncupativi co-  
dicilli sunt vel Testamentarii, qui condito Testa-  
mento fiunt (a), vel Non testamentarii, qui fiunt Si-  
ne testamento & ab intestato (b).

(a) §. 1. Inst. & l. 8. pr. ff. de Codicill. aliàs vocari solent Codi- a.  
cilli ad testamentum l. 36. m. pr. ff. de milit. testam. l. 5. §. 14. ff. de his  
quæ ut indignis. compendio videlicet orationis & ellipticè pro Codi-  
cillis ad testamentum factis vel pertinentibus. Jul. Pac. in analys.  
Cod. de Codicill. n. 8. Veniunt hõc nomine non tantùm codicilli  
Confirmati, verùm etiam Non confirmati, uti perspicuum est ex d. l. 5.  
§. 14. ff. de his quib. ut indignis. Sed verò iterum dupliciter fiunt,  
vel Ante testamentum quando testator primò fecit Codicillos  
& postea Testamentum arg. §. 1. Inst. de Codicill. l. 5. & l. 8. ff. eod. l. 19.  
pr. ff. de testam. milit. vel Post illud, cùm scil. prius Testamentum  
& deinceps Codicilli conficiuntur arg. l. 2. pr. §. 1. & 4. l. 6. §. 2. & 4.  
ff. de Codicill. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. Utroqve casu referuntur ad  
ipsum Testamentum, quippe cujus pars intelliguntur l. 14. circ. princ.  
ff. de Codicill. l. pen. ff. testam. quemadm. aperiantur. ejusqve condi-  
tionem legem atqve observationem sequuntur l. 16. in fin. ff. de Codi-  
cill. l. 5. §. 4. ff. de his quæ ut indign. & vires ex eò capiunt, sive Expressè  
sive Tacitè confirmati fuerint §. 1. Inst. l. 3. §. ult. l. 5. ff. de Codicill.  
Ludw. ex 9. th. 10. lit. f. Brunnem. ad l. 8. C. de Codicill. Carpz. 6. respons.  
6. n. 6. Dn. Struv. synt. jur. civ. ex 34. th. 60. Exinde igitur colli-  
gere est, omnes Codicillos, etiam eos, qui Ante testamentum facti  
[atqve sic tempore & quoad confectionem sive ordinationem Priores  
sunt] naturâ & quoad effectum sive acquisitionem Testamento Poste-  
riores haberi l. 16. in fin. ff. de Codicill. adeoq; Stante testamento & ipsos  
demum codicillis consistere; Ruptò verò & infirmatò illò, etiam hos  
concidere atqve irritos reddi l. 3. §. fin. ff. l. 1. C. de Codicill. Donell. 7.

COMM:



*comm. 19.* Etli autem antiquitas ante constitutionem divi Severi & Antonini necessarium erat, codicillos Ante testamentum conditos In testamento postea speciali & expressâ voluntate confirmari, ita ut aliter non valerent atque effectum sortirentur, respondente Papiniano in §. 1. *Inst. & l. 5. ff. de Codicill.* Hodiè tamen omnes omninò codicilli, sive Ante sive Post testamentum confecti, tacitè & ipsò jure, semper testamentò confirmati censentur, consequenterq; de jure validi sunt §. 1. *Inst. de Codicill. l. 16. vers. ad testamentum autem ff. eod. ibiq; Gloss. & ad l. 5. ff. de Codicill.* Quandoquidem opus non est, ut illorum in testamentò subsequenti fiat mentio & expressa Confirmatio; sed sufficit, si eos Revocatos esse non appareat *d. §. 1. Inst. de Codicill.* cum testator semper in eadem voluntate Persistere præsumendus sit, si nominatim eam non Revocavit aut Contrarium disposuit. *Myns. ad d. §. 1.* Quod enim non reperitur mutatum, quare stare prohibeatur? ait textus in *l. 27. C. de testam. Gloss. ad §. 1. Inst. de Codicill. & ibi Schneidew. n. 15. ac seqq. jung. Ludw. ex 9. th. 10. lit. f. & Dn. Struv. ex. b. 34. th. 60.* (b) §. 1. *Inst. & l. 8. pr. ff. de Codicill.* Et rursus, doctrinæ melioris causâ, dispescuntur in Veros & Subsidiarios sive Surrogatos. VERI sunt, qui principaliter ac simpliciter ab Intestato sunt, testamentò scil. planè Non conditò *d. §. 1. & l. 8. l. 3. pr. l. 16. ff. de Codicill. Dn. Struv. ex. 34. th. 60. Schneidew. ad d. §. 1. n. 25.* Nonnullis alias appellantur Puri. Et hi per Se subsistentes nec à testamento dependentes, non requirunt tacitam vel expressam confirmationem in testamento: quia sine testamento sunt & vicem testamenti obtinent *d. §. 1. Inst. de Codicill. & l. 8. in pr. l. 16. ff. eod.* quo casu defuncti voluntatem implere tenentur heredes aliàs ab Intestato successuri. *l. 3. pr. l. 8. §. 1. ff. de Codicill.* imò & ii, qui post obitum testatoris Nascuntur *l. 16. ff. de Codicill.* quoniam Posthumi nativitate non rumpuntur codicilli ab Intestato facti. *l. 19. ff. de Codicill. Ludw. ex. 9. th. 10. lit. f.* SUBSIDIARIi sive SURROGATI [aliis Conditionati dicti] appellantur, qui Annecti solent in testamento, ut, si istud jure Testamenti valere non possit, valeat jure Codicillorum *l. 29. ff. qui testam. fac. poss. l. 3. ff. de testam. milit. l. 41. §. 3. ff. de vulg. & pup. substit. l. final. pr. & §. 1. C. de Codicill. l. ii. C. de testam. manumiss.* vocanturq; communi phrasi CLAUSULA CODICILLARIS. Quod si igitur



igitur forsan testamentum ratione Solennitatum non subsistere con-  
tingat, conservatur illius virtute ultima voluntas, quasi codicilli ab  
Intestato sint facti. *Barry lib. 10. tit. 16. n. 1. Dn. Struv. ex. 34. th. 60.*  
Idcirco eam quoque rectius ad codicillos ab Intestatō factos referri exi-  
stimamus. *vid. Ant. Fab. in Cod. tit. 16. lib. 6. def. 10. n. 5. in not.* Ho-  
die autem tantus hujus clausulæ usus est & observantia, ut nulla ferè  
conficiantur Testamenta, quæ sub illâ non concipiuntur *teste B. Carp-*  
*zov. 6. Respons. 7. n. 1.* Et licet non unò modò, sed variis sub formulis  
in jure efferri soleat, *ceus demonstrat Just. Meier. in C. J. A. 29. ff. 7. th. 16.*  
Communitè tamen & nostrâ cum primis memoriâ consuevit ita for-  
mari: Si hæc mea ultima voluntas & ordinatio ratione defectus ali-  
cujus solennitatis seu quacumque aliâ ex causâ valere non potest ut Te-  
stamentum solenne, valeat jure Codicillorum Fideicommissi Dona-  
tionis mortis causâ vel alterius cujuscumque ultimæ voluntatis & omni  
meliori forma ac modò, quò melius valere potest. *Bart. in l. 1. ff. de Co-*  
*dicill. Dautb. de testam. n. 367. Ludw. ex. 9. th. 10. lit. f.* Germanicè:  
Wosern dis mein Testament/ Ordnung und Geschäfte einiger Ursa-  
chen oder Mängel halben von Rechts wegen nicht als ein zierlicher  
lester Wille gelten oder kräftig seyn solte/ so sol es doch als ein Codi-  
cill, Fideicommissum, Donatio mortis causâ oder eine andere dispo-  
sition, wie dieselbe zu Rechte am kräftigsten und beständigsten geord-  
net und auffgerichtet werden kan oder mag/ gelten oder bündig seyn.  
*Habn. ad Wesenb. π. ff. de Codicill. n. 5. Richter. decis. 63. n. 2. & 3.*  
*Carpzov. decis. 155. n. 4. & 5.*

#### THESIS VI.

EFFICIENS *Principalis*, eaque Remota Co-  
dicillorum sunt Lucius Lentulus, Augustus Cæsar &  
Labeo Jurisconsultus (a): Propinqua verò est Volun-  
tas codicillantis (b). *Impulsiva causa* est Necessitas  
Utilitas & consilium Trebatii Jurisconsulti (c).

(a) Jus enim Codicillorum, *uti eleganter ac perspicuè traditur a.*  
*pr. Inst. de Codicill.* Cæsar Augusti demum temporibus in usu esse  
coepit. Et quidem primò à Lucio Lentulo [ in cujus personâ etiam  
fideicommissa coeperunt, Rata scil. & firma esse, cum antea essent In-

C

firma



*firma pr. Inst. de fideicomm. heredit. & ibi Gloss.]* introducti leguntur  
 codicilli. Nam prædictus Lucius Lentulus, in Africâ moriturus, scri-  
 psisse dicitur Codicillos testamento suo confirmatos, in quibus roga-  
 vit Augustum per fideicommissum, ut aliquid faceret, & inter cætera  
 à Filiâ suâ legata reliquit. Cùm igitur huic ultimæ voluntati [ post  
 mortem L. Lentuli ] Augustus in adimpletione ejus, quod ab eò peti-  
 tum, ultrò morem gereret, nec minus cæteri coheredes auctoritatem  
 Imperatoris secuti, fideicommissa ab eis in Codicillis relicta præsta-  
 rent: imò Filia quoque legata, quæ ab ipsâ pater L. Lentulus relique-  
 rat in Codicillis, exsolveret; tametsi tunc temporis ad ejusmodi præ-  
 standam nemo aliquò juris vinculo adstringi posset: Hinc usum codi-  
 cillorum Augustus approbavit & in formam juris communis redegit,  
 non quidem suo ipsius tantum fretus judicio, sed convocatis prius  
 Sapientibus ac Jurisperitis, & in his Trebatio Jurisconsultorum tunc  
 temporis præcipuo. Post illa tempora cùm & Labeo Jctus fecisset Co-  
 dicillos, jam nemini dubium erat, quin optimò jure admitterentur *d.*  
*pr. Inst. de Codicill.* Ex quibus omnibus colligi breviter potest, L. Len-  
 tulum fuisse inventorem; Labeonem Jctum approbatorem, & Augu-  
**b.** stum Imp. Confirmatorem codicillorum. (b) quemadmodum enim  
 Voluntas est princeps & regina Testamenti *arg. l. 12. §. 3. in fin. ff.*  
*de legat. 1.* idque ex propriâ duntaxat voluntate proficisci *l. 1. in verb.*  
*volunt. nostræ ff. qui testam. facere poss.* nec in voluntatem alterius con-  
 ferri debet *per l. 32. pr. ff. de hered. inst.:* ita & hoc ipsum pariter affir-  
 mandum de Codicillis *arg. l. 1. ff. de legat. 2. l. 11. §. 7. ff. de legat.*  
*3. l. 7. §. 1. ff. de reb. dub. l. 52. ff. de condit. & demonstr. Bart. in d. l. 32.*  
*ff. de hered. inst.* Unde etiam requiritur, ut in codicillis de Volunta-  
 te codicillantis constare debeat; aliàs dispositio ultima jure Codicil-  
 lorum non valet *arg. l. 1. ff. de Codicill.* Quare si quis condiderit testa-  
 mentum, quod ratione Solennitatum deficientium subsistere ne-  
 quit, nec in eò Voluntatem suam ita expresserit, ut pro codicillis sal-  
 tem valeret: illud sanè neque jure Codicillorum valet, etiamsi aliàs  
 omnia Codicillorum requisita habeat *d. l. 1. ff. de Codicill. confe-*  
**c.** *ratur Am. Eccold. ad tit. ff. de jure Codicillor. §. 4. (c) pr. Inst. de Codi-*  
*cill. adde lit. a.*

THESIS



## THESIS VII.

FINIS codicillorum est, ut homines habeant Liberiorem & Faciliorem ultimæ voluntatis condendæ rationem (a) utqve suprema eorum elogia Conserventur, & ad Effectum eò meliùs perducantur (b).

(a) i. e. non Adstrictam tot regulis juris neqve impeditam tot solennitatibus. (b) Fines illos satis manifestè colligere possumus *ex pr. §. de Codicill.* ubi Justinianus Imp. proutilissimò ac necessario reputatum fuisse docet, ut codicillorum usus reciperetur & in republ. introduceretur, propter magnas & longas Peregrinationes, ut, si quò locò [ ex defectu septem Testium aut similis Solennitatis testamentariæ ] Testamentum condere impedirentur, saltem Codicillos (minori testium numero, similiqve solennitate remissiori) facere possent. Quæ causa etiamnum locum habet: quia non minus variæ & periculosæ Peregrinationes justam & inevitabilem ob causam terræ mariqve sunt expediendæ. Quod igitur *in d. pr.* dicitur de Peregrinationibus, id etiam ex mente legislatoris ad quodvis aliud Impedimentum necessarium, quod variè generi humano accidere potest, *vide pr. §. de his per quos agere possumus*, meritò extendendum est: & consequenter generaliter asserendum, causam Finalem introducendorum codicillorum primavam fuisse, quod legislator voluerit, occurrente aliquò Obstatulò necessariò, propter quod testamentum solenne ordinari planè non potest codicillos multo minori solennitate condi posse. Sic enim hominibus Expeditius & Liberior de rebus suis per ultimam voluntatem disponendi facultas relinqvitur, & elogia eorum, magnò cum desiderio composita, meliorem Exitum sortiuntur, utpote tot impugnationibus aut subversionibus, quas solennitatum observandarum pluralitas excitat *l. 1. pr. cum in notitiam meam. ff. de testam. milit.* non subjecta. *vide quæ dicta sunt in præm. hujus dissertat.*

## THESIS VIII.

OMNIBUS licet codicillos facere qui Jure testamenti factionem *Activam* habent,



*l. 6. §. 3. i. 8. §. 2. ff. de Codicill.* Contra verò qui testari jure prohibitus est, ille nec ad Codicillos faciendos admittitur. Unde & Furiosus in *l. 3. ff. de Codicill. §. 1. 5. C. eod.* item de statu suo Errans vel Dubitans *l. 9. ff. de Codicill.* ad codicillandum inhabiles expresse pronunciantur: certè non aliam ob causam, quàm quòd istæ personæ à Testamenti factione repellantur, eademque sit ratio Codicillorum, quæ Testamenti. Notanter tamen dicitur, quod codicillari nequeat qui testamentum condere Jure prohibitus est; ut excludantur ii, qui per se quidem ac de jure facultatem testamenti conficiendi habent, sed de Facto (v. g. quòd copiâ septem Testium aliâve consimili solennitate ad confectionem testamenti necessariâ destituti sint) impediuntur id ad effectum deducere. Tales enim rectè codicillos facere queunt, si modò sufficientem i. e. quinarium testium numerum habere poterunt, ut textus sanè quàm elegans habet in *l. 8. §. 2. ff. de Codicill. Gloss. in l. 6. §. 3. ff. eod.* Ita Justinianus Imp. quoque est intelligendus in *pr. Inst. de Codicill. in verb. ubi si quis & c.* ubi similiter de impedimento Facti loquitur, non de impedimento Juris. *Myns. ad d. pr. n. 5.* Cæterum maximè requiritur, ut eò ipso Tempore quò quis codicillos fecit, habilis etiam fuerit ad testandum: nam quò Tempore factum Testamentum de jure non subsistit, eòdem nec codicilli conditi valebunt. Quocirca si quis, dum Civis romanus fuit & Sux potestatis, legitimum condiderit testamentum, & postea Captivus apud hostes, Codicillos: hi codicilli in Captivitate facti non consistent, quàmvis postmodum testator Postliminio redierit, & testamentum ejus ante captivitatem confectum jure postliminii convalescit, nisi confirmatio codicillorum in testamento Præcesserit, eaque tempore Utili facta fuerit. Quo casu præfati codicilli vigore confirmationis, quam respiciunt, validæ sunt & sustinentur fictione juris postlimini, sicuti testamentum, ad quod retrò trahuntur *l. 12. §. 5. ad ff. de captiv. §. postlim. revers.* Secus verò est, si testator Non reversus, sed in captivitate mortuus sit: tunc enim codicilli non subsistent, ex iisquæ nihil peti poterit *l. 7. pr. ff. de Codicill. Bart. in l. 8. pr. ff. qui testam. fac. poss. §. l. 12. §. pen. ff. de captiv. §. postlim. revers.* etiamsi testamentum fictione L. Corneliæ conservetur *§. 5. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. l. 6. §. 12. de injust. rupt. testam.*

THESIS



THESIS IX.

Relinqui potest in codicillis ab illis qui vel in testamento Instituti sunt, vel ad quos Alio modo hereditas disponentis pervenit.

Opus tamen non est ut heres, vel ille à quo fideicommissum in codicillis relinquitur, Præsens sit: cum non minus illi relicta capiant, quibus, Absente & Ignorante gravatò, sunt in Codicillis adscripta *l. 4. C. de Codicill. junct. §. ult. Inst. de hered. instit. l. 22. §. final. ff. de fideicomm. libert.*

THESIS X.

Vicissim iis, cum quibus est testamenti factio *Passiva*, Relinqui aliquid in codicillis potest.

Sicut illi duntaxat codicillos Facere possunt, quibus testamentum Condere à lege non interdicitur: ita & ii demum relictorum in Codicillis sunt Capaces, qui ex testamento Capere non prohibentur; licet ipsi ( nullo tamen Suò facinore intestabiles facti ) jus testandi aut codicillos faciendi non habeant. Id quod probatur ex *l. 14. pr. ff. de jur. Codicill.* Cujus verba neutiquam innuunt easdem esse & testamenti & codicillorum Solennitates, cum id mentis Actorum planè non congruat; sed potius volunt idem jus esse codicillorum & testamenti, quatenus scilicet de Personis Codicillantibus & illis, quibus Relinquitur in codicillis, adeoque respectivè de testamenti factione Activâ & Passivâ quæritur. quò etiam tendunt Glossæ *in d. l. 14. in verb. observationem* & Gothofred. *ibi in not. lit. r.* Illi verò, quibus in codicillis Relinquitur, sive relicta sibi ipsis sive aliis [puta respectu potestatis] acquirant, nihil interest *arg. §. 4. Inst. de hered. qual. & diff. l. 16. pr. ff. qui testam. fac. poss.* Unde Filiofamilias & Servo alieno, dummodo dominus, cujus potestati subest, testamenti factionem passivam habeat *per l. 31. pr. ff. de hered. instit. rectè in codicillis relinquitur juxta ll. modò cit.*

THESIS XI.

Disponunt codicilli circa RES tam *Universas*,

C 3

putà



putà Fideicommissum universale (a) quàm Singula-  
res v. g. Fideicommissa singularia (b) Legatorum  
dationem (c) eorumque diminutionem translatio-  
nem & ademptionem (d) Libertates (e) item Tutelæ  
dationem (f) & ademptionem (g).

- a. (a) Seu Hereditatem aut Partem ejus per fideicommissum & verbis precariis relictam §. 2. *Inst. de Codicill. l. 2. §. fin. l. 13. §. 1. ff. de Codicill. l. 2. l. 4. C. eod. l. 76. ad SCt. Trebell. §. 8. & 10. Inst. de fideicommiss. heredit.* Et siquidem codicilli Cum testamento sive Ante sive Post, facti fuerint, in illis heres directè in testamentò institutus rogari ejusque fidei committi potest, ut quàm primum hereditatem adierit, eam alii Restituat *d. l. 2. C. de Codicill.* Sin verò Sine testamento & ab intestato fiunt, heredes legitimi & ab intestatò succedentes rogantur, ut hereditatem partemve ejus fideicommissario heredi restituere velint §. 1. *Inst. de Codicill. l. 3. pr. l. 16. ff. eod.* Nec refert, si codicilli Priori modo i. e. Cum testamento fuerint facti, utrum directa hereditas in testamentò data sit Utiliter, an Non? quia, licet hereditas inutiliter data, in Codicillis eo modò, quò in testamentò datà fuit, scil. tanquam Directa, relinqui nequeat; nihilominus tamen ut Indirecta & fideicommissaria dari & confirmari potest, uti decisum à Ju-  
liano reperitur in *l. 2. §. ult. ff. de Codicill. (b) pr. & §. 1. Inst. de Codicill. l. 3. per tot. l. 8. §. 1. ff. eod. l. fin. C. quando dies legat. ced.* Codicilli etiam ob Fideicommissa potissimum inventi creduntur ut ex *pr. Inst. de Codicill. conjicit Vult. ibid. & §. 2.* (c) Ratio hæc est, quia, utut jure Veteri legata non nisi in Testamentis utiliter relinqui potuerint §. 10. in fin. *Inst. de fideicommiss. hered. l. 36. ff. de legat. 2.* Hodie tamen, postquam à Justiniano legata & fideicommissa particularia per omnia & in omnibus exæqvata sunt *arg. §. 3. Inst. de legat. & l. 2. C. comm. de legat.* non minus legata, quàm fideicommissa rectè ab Intestato & in Codicillis quoque relinquantur *l. 6. §. ult. l. 7. §. 1. l. 8. §. 3. l. 14. in pr. &*



*pr. & §. 1. de Codicill. l. 88. §. 13. ff. de legat. 2.* (d) Eadem est ratio Di- d.  
 minutionis *l. 3. §. pen. ff. de adim. vel transfer. leg. l. 2. §. 1. ff. de condiçt. indebit.* Translationis *§. 1. Inst. de ademt. legat. & Ademtione legatorum pr. Inst. de ademt. legat. l. 14. pr. ff. de Codicill. l. 16. ff. de vulg. & pupill. Subst. conf. Am. Eccold ad ff. de jure Codicill. §. 6. sub fin. (e) l. 2. e. §. 2. l. 8. §. 5. l. 11. ff. de Codicill. l. 96. §. fin. ff. de legat. 1. l. 37. §. 3. l. 41. §. 2. de legat. 3.* Et quidem **Directæ** libertates non nisi codicillis confirmatis; Fideicommissariæ verò etiam codicillis testamento non confirmatis, dari queunt, *juxta responsum Modestini in l. 43. ff. de manumiss. testam. junctis Textibus modò citatis.* Similiter nec quidquam prohibet, quò minus libertates ita datæ in codicillis iterum **Adimi** possint; ut tamen eodem, quò datæ sunt, Modò adimantur *Ulp. tit. 2. Inst. §. ult. l. unic. ff. de ademt. libert.* (f) Quæ si facta f. sit in codicillis in testamento expressè vel tacitè **Confirmatis**, ipsò jure, citra decretum & confirmationem Judicis, subsistit, non secus ac si in Testamento facta esset *l. 3. pr. ff. de testam. Tut. & ibi Gothofr. in not. adde Gloss. ad d. l. 3. pr. ff. & l. 2. C. eod. Paul. Montan. tr. de jure Tutel. & curat. c. 8. n. 11. & 12.* Quoniam tunc Codicilli sunt, pars & seqvela Testamenti *arg. §. 1. Inst. de Codicill. l. 5. l. 3. §. 2. l. 16. ff. de Codicill. vide Myns. Schneidew. Ludw. ad §. 3. Inst. de tutel. Job. Brunnem. ad l. 3. ff. de Testam. Tutel.* Sed si in codicillis **Non confirmatis**, ab Intestato scil. & sine testamento factis tutor detur, is tutor non erit, nisi ex subsequenti magistratus confirmatione *l. 1. §. 1. vers. si autem l. 3. ff. de confirm. tut. l. 2. C. eod. Treutl. select. disp. vol. 2. disp. 8. ib. 2. lit. e. Gothofr. in not. ad d. l. 3. ff. de testam. Tut. lit. X.* (g) Tutor in testamento datus, in codicillis iterum **Reprobari** potest *l. 2. C. de testam. tutel. & vetari ne sit tutor l. 8. pr. ff. testam. Tutel.*

#### THESIS XII.

**FORMA** Interna primùm consistit in eò, quòd codicilli **Sine directâ heredis institutione** fiant: (a) deinde in **Quadruplici** conficiendorum codicillorum modo (b).

(a) secundum jura thesi superiori lit. c. allegata. vide Am. Eccold. 2. ad



*ad ff. de Codicill. §. 7.* Quid autem si Directio institutio vel substitutio in Codicillis sit facta? Certè si evidenter liqueat defunctum Codicillos potius quàm Testamentum facere voluisse, tunc non valet, quidem ista institutio jure directò, ita ut Heres possit adire hereditatem, eamque Totam ac integram retinere; sed cogitur eam accipere per Intermediam personam, quæ detrahat quartam Trebellianicam: adeoque Directa verba institutionis vel substitutionis interpretatione quâdam benignâ Obliquantur & ad fideicommissum trahuntur, facit textus *in l. 2. §. ult. ff. de Codicill. & text. in l. 76. ff. ad Sc. Trebell.* Quamvis enim aliàs in codicillis heres Directo institui vel substitui nequeat *per §. pen. Inst. l. 6. pr. l. 2. C. de Codicill.* inde tamen necessariò haud inferendum est, quòd verba directa in codicillis usurpata quasi Obliqua & fideicommissaria essent, interpretari non liceat. Estque ista sententia à Dd. comm. recepta, & si non in Theoriâ, saltem in Praxi obtinet, *testib. Bart. in l. 1. ff. de Codicill. Gomez. J. U. R. §. n. 24. vers. primò infero p. mihi 68. column. 2. Schneidew. ad §. ult. Inst. de Codicill. n. 1. Fomann. disp. 16. th. b. 11. lit. b. Donell. 7. comm. 19. Ludw. ex. 9. th. ult. lit. d.* (b) qui à Paulo Jcto expressus offertur *in l. 8. pr. ff. de jure Codicillor.* ubi dicuntur Codicilli (1.) aut in Futurum confirmari, testamento scil. Præcedente ad hunc fortasse modum: Codicillos quos faciam valere volo; aut (2.) in Præteritum testamento Subsequente, sic fermè: Codicillos, quos antea feci, servari volo; (quamvis hodie neutrò casu expressam ac specialem postulent confirmationem; sed tacitè, ipso jure scil. per præcedens vel sequens testamentum, in quò non reperitur mutata voluntas, confirmati præsumantur, *uti elucescit ex §. 1. Inst. & l. 5. ff. de Codicill. ac suprâ ostensum th. 5. lit. a. Wesenb. in π. ff. de Codicill. n. 6.* aut (3.) per Fideicommissum testamento non jure factò; fortè coram quinque vel sex duntaxat testibus: ideoque adjunctâ ei Clausulâ codicillari, Testamentum propter defectum solennitatum aliàs invalidum ad codicillos reducende; aut (4) Sine testamento i. e. ab intestatò *Gloss. ad l. 8. ff. de Codicill. Wesenb.*



senb. d. l. Mynsing. ad. pr. Inst. de Codicill. Schneidew. ad §. 1. Inst. cod.

THESIS XIII.

FORMA Externa seu Solennitatis consistit in Modo ordinandi codicillos(a): cujus intuitu requiruntur Qvinque testes(b) sive Specialiter Rogati sive Fortuitò advenientes (c) sive Masculi sive Feminae, (d) unò eodemqve tempore Præsentes (e) & si codicilli in Scriptis fiant, Subnotationem suam accomodantes. (f)

(a) Donell. 7. comm. 19. Am. Eccold ad ff. de Codicill. §. 7. a.

(b) arg. l. ult. §. ult. C. de Codicill. §. 1. 28. §. 1. C. de testam. Recess. imp. b.

Colon. de anno 1512. tit. von Testamenten §. und sollen die Notarien & c. vers. aber in Codicillen. vide Carpz. p. 3. c. 4. d. 35. n. 5. Conf. th. 3. lit. d.

Sed excipiuntur (i.) codicilli Irregulares sive Privilegiati, puta Militum, Parentis inter liberos, ad Piam causam, & tempore Pestis conditi: utpote qui coram duobus vel tribus testibus confecti firmiter subsistunt, saltem & æquitate tam in foro juris Communis quàm Saxonici Card. Tusch. lit. C. concl. 405. circa fin & lit. T. concl. 122. n. 54. & seqq. Brunnem. ad l. ult. C. de Codicill. Gail. 2. obs. 112. n. 1. & obs. 118. n. 17. & 18. Myns. cent. 1. obs. 96. per tot. Matth. Berl. part. 3. concl. 5. n. 13. Philip. usu pract. lib. 2. tit. 25. eclog. 104. n. 3. 4. & 5. Talibus enim in casibus solennitas juris Civilis non attenditur, sed juris Gentium solennitatem, quæ binarium vel ternarium testium numerum exigit c. cum esset 10. de testam. Gail. d. obs. 118. n. 17. intervenisse sufficit. vide Tusch. lit. C.

concl. 406. n. 34. imò codicilli Militis in expeditione degentis, si per Scripturam facti fuerint, etiam Sine testibus valebunt, in iisqve sola ac nuda voluntas rata erit arg. pr. Inst. l. 1. ff. & l. 15. C. de testam. Milit. dummodo de eâ vel ex collatione scripturæ vel ex duorum testium, qui fortè eum scribentem viderint, depositione certò constare queat l. 40. in fin. pr. ff. de testam. Milit. Sic & codicilli Parentis inter liberos, si ab ipsò codicillante sint Scripti aut ad mini-



mum Subscripti de jure civili validi erunt *arg l. 16. l. fin. C. famil. her-*  
*cisc. l. 21. §. 1. & Auth. quod sine C. de testam. Gail. obs. 112. n. 7. & seqq.*  
 Deinde (2.) solennitate testium exempti sunt codicilli, qui hodie  
 Judicialiter & coram Actis publicis fiunt: nam hi ob au-  
 toritatem judicialem vel absque ullis testibus valent, teste *Carpz. p. 3. c.*  
*4. d. 32. n. 4. & d. 35. n. final.* Tandem (3) limitatio aliqualis est in codicillis  
 Cæci. In talibus enim opus est, ut adhibeantur Septem testes, cum  
 Tabellione five Notario; vel si Notarii copia tam facile haberi nequeat,  
 in ejus locum alius & sic Octavus testis surrogetur *juxta formam præ-*  
*scriptã in l. 8. C. qui Testam. fac. poss. & mox subsequentiã verba ib. vers. vel*  
*in eundem & c. Vasqv. lib. 3. controv. c. 103. n. 13. Turret. de claus. Codicill.*  
*qv. 10. Honthem. de art. Notar. lib. 2. cap. 39. n. 10. & 11. & c. 42. n. 10.*  
*Carpz. p. 3. c. 6. d. 5. n. 8.* Et hæc sententia arridet ob duplicem ra-  
 tionem: Prior est, quia est Receptior quam altera Jasonis *in d. l. 8. C.*  
*qui Testam. fac. poss.* ejusque sequacium, qui verba *d. l. 8. vers. quæ in*  
*eundem & c.* proportionabiliter intellecta volunt (nimirum ut quem-  
 admodum in Testamento cæci præter Septem testes Notarius vel in  
 defectu Notarii, Octavus testis adhiberi debet: ita & in Codicillis  
 ejusdem ultra Quinarium testium numerum, qui regulariter in codi-  
 cillis requiritur, Notarius, vel deficiente eò, testis Sextus interveniat)  
*Joh Brunnem. ad d. l. 8. adde Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 10. th. 3.*  
*lit. F.* ubi argumentis, quibus Jason *in d. l. 8.* sententiam nostram in-  
 fringere conatur, satisfacit. Posterior ratio est, quia ea sententia com-  
 probata fuit in Recess. Imper. *Colon. de anno 1512. tit. von Testamenten*  
*§. aber zu eines Blinden & junct. §. Es ist auch nicht allein in einem*  
*Testament eines Blinden/ sondern auch in seinen Codicillen und an-*  
*dern letzten willen noch solche Form. zu halten.* Idque cautum vide-  
 tur ob justissimum fraudis & falsitatis metum, quem aliàs Oculorum  
 præcavet intentio, *Carpz. d. l. n. 2.* (c) Illud enim planè non refert,  
 utrum testes Casu fortuito, an verò peculiariter ad actum Codicilla-  
 rem Invitati & accersiti accesserint, cum alterutrum horum sufficiat  
*per l. ult. §. ult. C. de Codicill. Alternativè loquentem. Nic. Boër. decis.*  
*d. 34. Ludw. ex. 9. th. ult. lit. e.* (d) Etenim cum edictum de testibus sit Pro-  
 hibitorium, ita ut ad testificandum admittantur omnes qui Expressè  
 non prohibentur *l. 1. §. 1. de testib. & arg. l. 43. §. de procurator. &*  
 verò







efficaciter relinquere (a) dummodo non sint contrarii (b).

- a. (a) §. ult. *Inst. de Codicill. l. 6. §. 1. ff. eod.* Nec priores per posteriores Revocantur, sed omnes pariter Valent ac sustinentur. *Barry de success. test. & intest. l. 10. tit. 1. n. 43. Job. Brunn. ad l. 3. C. de Codicill.* etiam si sint Diversi & diversarum rerum *Myns. Wesenb. ad §. ult. Inst. de Codicill. Dn. Scrup. ex. 34. rh. 67.* (b) Nam si inter se sunt Contrarii, tunc Posteriores tantummodo valent & revocant priores *l. 3. C. de Codicill.* Ratio, quia contraria Posteriora uti aliàs *l. 12. in pr. ibiq. Brunnem. C. de pact. Card. Tusch. lit. C. concl. 408. n. 3. & lit. P. concl. 451. n. 22.* ita & hoc in passu prioribus derogant. *l. 6. §. 2. ff. de Codicill. Tusch. d. concl. 451. n. 9.* & novissima solum spectatur voluntas *arg. l. 12. §. ult. ff. de legat. 1. firmiterque habetur l. 19. C. de fideicomm. Donell. 7. comm. 19.* Limita verò: nisi codicilli posteriores contrarii essent Imperfecti v. g. si tantum Quatuor testes essent adhibiti, vel in codicillis per scripturam confectis testes sese Non subscripsissent; tunc enim non tollerent priores, præterquam lapso decenniò *arg. l. 27. C. de Testam. Vasqu. de success. progress. lib. 3. §. 30. n. 52. Barry de success. test. de intest. lib. 10. tit. 1. n. 43. Job. Brunnem. ad l. 8. C. de Codicill.* Sed quæritur, si Duo reperiantur codicilli, de quorum tamen prioritatem vel posterioritatem Constare nequeat, quia ambo unò sunt die forsan confecti, in quibus unò legatum Relictum, in alio verò istud Ademtum reperitur, uter sit Posterior? Resp. is in quo Ademtum est legatum. Quia privatio, ut est Ademptio, semper est posterior Habitu *Nicol. Everhard. in loc. top. loc. 26. à priv. ad hab. n. 7. Mant. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 4. n. 10. & seqq.*

#### THESIS XV.

EFFECTUS primus est, quòd scripta in Codicillis perinde habeantur, ac si in Testamento relicta fuissent (a): adeoque Heredes tam testamentarii quam legitimi & ab intestato venientes ad ea præstanda teneantur (b).

- a. (a) Textus est in *l. 2. §. 2. ff. de jure Codicillor.* ubi Julianus disertè



fertè hanc efformat Regulam: Codicillorum jus singulare est, ut, quæcunqve in His scribuntur, perinde habeantur, ac si in Testamento scripta essent. Confectaria hujus regulæ plurima exhibet Just. Meierus in *C. I. A. 29. ff. 7. §. 19. n. 2. p. 515.* (b) *arg. l. 2. §. 2. l. 3. pr. & §. 1. b. l. 19. l. 11. ff. de jure Codicillor. Schneidew. ad §. ult. Inst. de Codicill. n. 6. & 7.* Si igitur præter Codicillos Testamentum quoque validum sit factum, tunc ad hoc, ut relicta in Codicillis debeantur, aditio hereditatis ex istò Testamento necessaria est *l. 3. §. fin. ff. de jure Codicill.* Rationem reddit ibi Glossa: quia testator factò Testamento videtur in Codicillis rogare scriptos; à quibus, si non adeatur hereditas ex Testamento, in quò sunt instituti, neque fideicommissa in Codicillis debentur. Sin verò Codicilli facti fuerint, Nullò conditò testamento, aut conditò quidem, sed Invalidò, tunc requiritur ut ab Intestato adeatur hereditas *l. 2. ff. de fideicomm. libert. §. 3. Inst. de eò cui libert. caus. bon. add. Gloss. ad l. 2. pr. & §. 1. ff. de Codicill. ibiq; Gotbofr. in not. Am. Eccold ad ff. de jure Codicillor. §. 12.*

#### THESIS XVI.

**EFFECTUS** alius consistit in Actionibus, quibus res in codicillis relictae Petuntur (a).

(a) *Am. Eccold ad tit. ff. de jure Codicill. §. 12.* Quamvis autem difficillimum sit indicatu, quanam Actio in specie respectu relictorum in Codicillis detur: cum in diversas abeant sententias hîc Doctores, prout videre est ap. Just. Meierum in *C. I. A. 29. ff. 7. §. 17* Reufner. *d. tract. cap. 26.* Cum iis tamen nos facere posse opinamur, qui Mediâ viâ incedendo, rem per distinctionem expediunt: ita ut ex codicillis Testamento confirmatis sive ad illud pertinentibus, **ACTIO EX TESTAMENTO** detur. eò quòd appendix quædam, pars ac seqvela testamenti sint, & ex illò vigoris ac subsistentiæ ratione participant. *conf. Card. Tusch. lit. C. d. concl. 404. n. 2.* Ex codicillis verò ab Intestato & sine testamento conditis **ACTIO EX CODICILLIS** in specie



fic dictare sultet. *Just. Meierus jam dicto loco.* Jure meritoque hinc disquiritur, an heres, qui prius Directo jure ex Testamento, cui annexa est clausula Codicillaris, hereditatem vel bonorum possessionem secundum tabulas petiit, & succubuit, postea hereditatem ut Fideicommissum ex Codicillis petere queat? Negatur per *l. ult. pr. §. 1. cum Gloss. Sichard. & Job. Brunnem. C. de Codicill. Donell. 7. comm. 18.* Ratio patet ex pr. d. text. quia heres Unius electione, Alterius aditum sibi præclufit. Nec obstat *l. 14. pr. ff. de except. rei judicat.* 1. quia heres clausulæ Codicillari renunciâsse videatur, dum prius ex Testamento petiit, & hinc sit non Alia nec diversa, sed Una eademque causa agendi, scriptura scil. eadem *Gloss. ad d. text.* 2. quia omnis Variatio in jure est Odiosa. *Ben. Carpz. p. 3. c. 20. d. 44. Donell. & Brunnem. dd. loc.*

THESIS XVII.

EFFECTUS ultimus (a) est, quod vigore CLAUSULÆ CODICILLARIS (b) Testamentum ipso jure nullum (c) sustineatur, inque vim Codicillorum vel Fideicommissi valeat (d).

- a. (a) qui tamen est Specialis, ac solum ad Surrogatos seu subsidiarios codicillos spectans, *de quibus etiam supra t. b. 5. lit.*
- b. b. (b) sive ea sit Specialiter adjecta ut in *l. pen. §. fin. ff. de legat. 2. l. 3. ff. de testam. milit. l. 13. de inoff. testam. l. ult. pr. & §. 1. C. de Codicill.* sive Generaliter, cujus sedes dicitur esse in *l. 29 §. 1. ff. qui testam. fac. poss. Wesenb. in w. ff. de Codicill. n. fin.* Nam utroque casu valet testamentum ut Codicilli ab intestato vel tanquam Fideicommissum. Cum clausulæ istæ (tam specialis quam generalis) revera non sint Diversæ sed Eadem & ejusdem effectus, *docente post Giph. ad l. ult. C. de Codicill. etiam Hahn. in not. ad Wesenb. ff. de Codicill. n. 5. adde Gloss. ad l. 29. ff. qui testam. fac. poss. & Am. Eccold ad ff. de Codicill. n. 2. §. 13.* (c) cum videlicet in ultimâ voluntate observata quidem sunt ea quæ ad Codicillos sufficiunt, sed in iis, quæ ad Testamenti formam exiguntur, aliquid ommissum est, ita ut Propterea testamentum de jure subsistere non possit



possit. arg. l. 29. ff. qui testam. fac. poss. l. ult. §. 1. C. de Codicill. Struv. ex. 34. th. 65. (d) l. 29. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. ult. §. 1. C. de Codicill. d. l. 3. in fin. ff. de testam. milit. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. l. 29. C. de Fideicomms. junct. textibus paulo superius lit. b. adductis. Quod etiam de jure hodierno Saxonico procedit teste Joh. Philippi in usu pract. l. 2. ecl. 103. Nam dicta clausula operatur effectum veri Fideicommissi l. 88. in fin. ff. de legat. 2. Joh. Dauth. de testam. rubr. de Inst. hered. n. 363. in fin. etiam ab Intestato l. 29. §. 1. in fin. ff. qui testam. fac. poss. seu, quod idem, jus Institutionis trahit ad causam Fideicommissi, ita ut heres ab Intestato veniens censeatur rogatus restituere hereditatem per Fideicommissum heredi scripto, cui proinde [retentâ tamen Quartâ] illam cogitur restituere arg. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. Henr. Habn in not. ad w. Wefenb. d. l. Carpz. 6. respons. 7. n. 6. Johann. Philipp. in usu pract. Inst. lib. 2. ecl. 103. Indeque paria sunt fere, Rogare venientes ab intestato de bonis heredi scripto restituendis vel uti Clausula codicillari l. 29. C. de Fideicomms. junct. l. 29. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. Ben. Carpzov. d. l. Quemadmodum igitur tunc demum clausula codicillaris prædictum operatur effectum, ejusque virtute testamentum sustinetur in vim codicillorum vel fideicommissi (1) si testamentum deficiat circa Solennitatem juris. v. g. testes non rogati vel tantum quinque aut sex adhibiti arg. l. 14. l. 29. C. de fideicomms. Dn. Struv. ex. 34. th. 65. (2) Si circa heredis Institutionem fuerit defectus, ut (α) si ea planè penitus sit Omissa, ac Legata tantummodò relinquantur Dn. Struv. d. l. (β) si filius existens in potestate Præteritus, vel illegitimè Exheredatus arg. l. 24. §. 11. ff. de fideicomms. libert. Bart. & Jason in Auth. ex causa n. 22. C. de liber. præterit. Gail. 2. obs. 114. n. 2. & 3. Cravert. consil. 728. n. 16. Dauth. de testam. n. 363. Richter. decis. 40. n. 29. & decis. 52. n. 5. Siquidem vi illius clausulæ non Succeditur ex testamento, adeoque nec eò quis ab hereditate Excluditur ac summovetur; Sed v. g. filius est heres ab Intestato, & intelligitur rogatus, ut [retentâ Trebellianicâ] hereditatem restituat eî, ad quem eam ex illâ ultimâ voluntate pervenire voluit defunctus, uti sentit communis Dd. Schola arg. l. 29. §. 1. qui testam. fac. poss. l. ult. §. 1. C. de Codicill. Clar. §. testamentum quæst. 46. vide Dn. Struv. ex. 10. th. 36. & ex. 36. th. 22. (γ) Si testamentum natiuitate Posthumi [Scien-  
ter



ter & non Ignoranter arg. l. 11. l. 19. ff. de Codicill. l. 27. §. 29. de legat. 2. Clar. §. testamentum. quest. 46. Carpz. 6. respons. 10. n. 4. & respons. 11. n. 10. ] præteriti sit Ruptum. quia virtute hujus clausulæ testator eum rogâsse præsumitur, ut, si nascatur & testamentum Rumpat, adeoqve heres ab Intestato existat, hereditatem [salvâ tamen Trebel-  
lianicâ] restituat per Fideicommissum, similiterqve legata tanquam fideicommissa singularia præstet arg. l. 29. ff. qui testam. fac. poss. l. fin. §. 1. C. de Codicill. Dn. Struv. ex. 34. th. 65. (d) Si à Fratре Turpis instituta sit persona, modò illa non sit planè inhabilis & incapax ad capiendum Fideicommissum Job. Dilect. de arte testandi tit. 3. cautel. 16. n. ult. Cravett. consil. 728, n. 15. Dn. Struv. ex. 34. th. 65. ibid. Dd. allegati. Ita è contrariò Nullius est momenti, nec quicquam operatur clausula codicillaris (1) si testamentum non subsistit ob inhabilitatem Testantis. Cùm is qui Testari nequit, nec Codicillos facere possit l. 4. §. 3. ff. de Codicill. Struv. ex. 34. th. 66. (2) si testamentum sit Imperfectum ratione voluntatis ita scilicet ut de Voluntate testatoris non constet l. 11 §. 1. ff. de legat. 3. l. 29. pri. ff. qui testam. fac. poss. Neqve enim clausula codicillaris voluntatem testatoris supplet Carpz. 6. resp. 7. n. 11. Job. Brunnem. ad l. ult. C. de Codicill. Qvò etiam spectat, si testator quidem Inceperit scribere ultimam voluntatem, sed morte præventus Absolvere non potuerit dd. textib. & Dd. (3) si non concurrant Requisite codicillorum necessaria arg. l. 17. ff. de Codicill. Carpz. alleg. loc. n. 12. Dn. Struv. d. l. (4) si ei quid relictum, qui nihil capere per Fideicommissum potest. Idem laudatus & laudandus Struvius ex. 34. th. 66. Et tandem (5) si clausula codicillaris Non fuerit expressa per Testatorem. Codicillos enim fecisse nunquam (Regulariter) credendus est, qui Testari voluit, si non disertè id expresserit l. 41. §. 3. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 29. C. de fideicommiss. l. 11. C. de testam. manumiss. l. final. §. 1. C. de Codicill. Carpz. 6. resp. 7. n. 17.

#### THESIS XVIII.

AFFINITATEM cum codicillis habent l. omnes  
aliæ



aliæ Ultimæ voluntates (a) indeqve etiam 2. Testa-  
menta (b) 3. Epistola fideicommissaria (c) 4. Dona-  
tio mortis causa (d) ne quid dicam 5. de Clausula co-  
dicillari (e).

(a) *J. Meieri C. I. A. 29. ff. 7. §. 21. pr. p. 517.* (b) *Brederod. analys. J. a. b. de Codicill. p. 228. m. & p. 226. pr.* Quamquam negari non potest, mul-  
tas easqve evidentissimas Differentias esse, quæ jura Testamentorum  
& Codicillorum separant. videatur *Brederodius ibid. p. 228. m. Hubne-  
rus in differentiis juris* (c) *J. Meieri C. I. A. 29. ff. 7. §. 21. n. 3. p. 517. Dn. c.*  
*Struv. ex. 34. th. 68. p. 313. Am. Eccold 29. ff. 7. §. 8. p. 445. ubi abhinc re-  
movet Literas commendatitias.* (d) utpote quæ ad Ultimæ d.  
voluntatis species pertinet. videatur *J. Meieri C. J. A. 39. ff. 6. de Mor-  
tis causâ donationib. §. 17. p. 1103.* (e) quam Quasi-codicillos vocat Ren- e.  
nem. *in jurispr. m. 2. disp. 23. th. 11. p. 236.* Ut autem Clausula codicil-  
laris *in C. I. A. 29. ff. 7. §. 21. sub parenthes. p. 517. f.* (quocum etjam face-  
re videtur *Ludvvel. ex. 9. th. 10. F. vers. Huc pertinet clausula codicilla-  
ris. Idem de ultim. volunt. p. 2. c. 5. p. 411.*) ad Affinia codicillorum re-  
feratur; tamen eam superius *th. 5. lit. b.* ad Divisionem codicillorum  
retulisse placuit.

#### THESIS XIX.

CONTRARIA codicillorum sunt, quæ vel eo-  
rum Productionem vel Operationem impediunt.  
Initio & Productioni obest defectus Causarum co-  
dicillos constituentium (a) & clausula Derogatoria  
(b). Operationem & effectum infringunt modi, qui-  
bus Infirmantur (c) vel Principaliter & per se (d) vel  
per Consequentiam (e).

(a) cum scilicet aut Codicillans de jure Non habet testandi a.  
potestatem, quâ deficiente codicilli ne ab initio quidem subsistunt,  
sed ipsò jure nulli sunt *arg. l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. ff. de Codicill. aut deficit.*  
Interna sive essentialis forma, de quâ *th. 12.* aut aliquid quod

E

ad



ad Externam formam & Solennitatis characteres de quibus in  
*l. b. 13.* pertinet. Tunc quippe deficiente Essentiali ac Specificâ formâ,  
 quæ dat esse rei *arg. l. 9. §. 3. ff. ad exhibend. l. 10. §. 3. ff. quib. mod. u-*  
*susfr. amittat.* deficiunt & ipsi Codicilli. Idem fere etiam ob Solen-  
 nitatum exteriorum defectum obtinet. Quia sicut Solennitates ad  
 actum aliquem necessariæ, loco Formæ sunt *Gail. 2. obs. 19. n. 15.* eesq;  
 concurrere & adimpleri necesse est, sic ut nullum Solenne ab actu di-  
 vidi & separari queat *Dan. Möller. 1. semestr. 18.* ita & Solennitates co-  
 dicillorum necessariæ ad unquam observandæ veniunt, si validi ac fir-  
 miter subsistentes ab initiô fieri debeant. Quod enim non fit cum de-  
 bitâ Solennitate, nulliter fit *l. 1. §. 1. cum seqq. ubi Dd. de V. O. l. 12. C.*  
*de Testam. l. 6. ff. qui satisfacere coguntur,* & paria sunt Non fieri & Non  
 rite fieri *d. l. 6. ubi Gloss. l. 8. §. 8. ff. ad SCt. Vellej. §. 3. Inst. de satisfac.*

**b.** (b) Talis est, si testator prius condidit Testamentum, in quô aperte  
 Protestatus est, se nolle ut subsistant Codicilli à se  
 forsân posthac conficiendi, sed firmiter ac tenaciter perseve-  
 raturum in eâ, quam semel concepit ac modò perfecit voluntate.  
 Hoc casu clausula illa Codicillorum posteriorum dero-  
 gatoria istum operatur effectum, ut posthabitis Codicillis præce-  
 danei Testamenti correctoriis, vel noviter dispositivis, secundùm te-  
 norem Testamenti prius conditi procedatur. Secus tamen est, si de  
 Revocatione illius clausulæ expressè constet h. e. specialiter appareat  
 codicillantem prioris voluntatis Pœnituisse ac voluisse, ut, revocatâ  
 priore, posterior voluntas omninò locum habeat *arg. l. 22. in fin. pr.*  
*ff. de legat. 3. Fachin. lib. 4. contrav. c. 92. Clar. §. testamentum quest.*

**c.** *99. Vasq. de success. progress. l. 3 §. 40. n. 25.* (c) Quantumvis enim co-  
 dicilli Initiali valore muniti sint, nihilominus tamen ob obstaculum  
 aliquod ex Postfactô superveniens impediuntur. Obstacula illa legi-  
 bus approbata mox videbimus. (d) **i.** Contrariâ voluntate  
 quam declarari oportet, vel Verbis vel Facto. Priori modò fit,  
 si codicillans coram quinque Testibus aut apud Acta publica firmiter  
 testetur, se voluntatem, quam in codicillis prioribus expresserat, re-  
 vocasse, ac nolle disposita in illis valere. Posteriori modo seu  
 Facto



Facto contraria voluntas exponitur (a) si disponens eos consul-  
tò Deleverit *l. 1. §. fin. ff. de his quæ in testam. del. ibiq. Gloss.* hoc est  
tabellas codicillorum Corruerit, Induxerit vel Cancellaverit (id est  
transversis lineis cancellatim ductis expunxerit,) aut inciderit ad  
modum testamentorum *arg. l. 30. C. de testam. l. 11. §. 1. ff. de bon. poss. se-  
cund. tab. l. ult. ff. de injust. rupt. testam.* Tunc enim statim annullati  
presumuntur, neque disposita in iis (sive legi adhuc Possint sive planè  
Non) debentur *l. 1. pr. ff. de his quæ in testam. delent.* Sed si deletio vel  
incisio Inconsulto casuqve fortuito in codicillis sit facta, tunc  
videndum, utrum legi inibi scripta possint an verò Non? Priori casu  
valent codicilli ac relicta debentur: quia mens codicillantis fuit, ni-  
hil quicquam mutare; Posteriori casu vero non valent *d. l. 1. pr. §.  
§ 2. Habn. in not. ad Wesenb. π. ff. de his quæ in testam. delent. Eccold ad ff.  
eod.* (β) si codicillans Alios codicillos dissonâ voluntate  
diverso tempore ordinârît. Tunc enim Posteriores à præcedentium  
tenore discrepantes & contrariam voluntatem continentes prævalere  
censentur. *per l. 3. C. de Codicill. vid. tb. 13. lit. b. 2. Capitis demi-  
nutione* ejus qui codicillos condidit *Dn. Struv. ex. 34. tb. 69.* Accidit  
hoc v. g. si codicillans ab hostibus in bellò legitimò Captus vel major  
viginti annis Venum se dari passus ad actum gerendum pretiumve  
participandum *l. 1. pr. ff. de legat. 3. arg. l. 6. § 5. ff. de injust. rupt. testam.  
junctâ l. 2. ff. de legat. 1. vel in Arrogationem datus fuerit.* Quibus & si-  
milibus casibus, quoniam res eò devenit, unde incipere non potest,  
codicilli pariter infringuntur. *confer hic Vasq. de success. progress. lib. 3.  
§. 30. n. 69. & seqq.* 3. Morte ejus Cui in codicillis relinquitur *Dn.  
Struv. ex. 34. tb. 69.* Nam si ante obitum Codicillantis (adeoque co-  
dicillis nondum confirmatis sive ad exitum perductis) legatarius de-  
cedat, codicilli ipso jure corruunt, ac legata in iis pro non scri-  
ptis habentur. Quia is, cui à disponente in codicillis quid relictum,  
in rebus humanis Existere debet *l. 6. §. fin. l. 14. pr. ff. de Codicill. l. 4.  
ff. de his quæ pro non script.* (e) Infirmirate scil. Testamenti e.  
ex quo omninò dependent, suamqve confirmationem habent, sive Tacit-  
tam



tam five Expressam *arg. l. 3. §. fin. ff. l. 1. C. de Codicill. ibiq; Bart. & Dd. comm. Donell. 7. comm. 19. Dn. Struv. ex. 34. th. 70.* Tūm enim infirmatō Testamentō tanqvam principali, utiq; & Codicillos ex eō pendentes, tanqvam accessorios, infirmari necesse est. *Sichard ad l. 1. C. de Codicill. n. 2. & seqq. Carpz. 6. respons. 6. n. 6. & 7. jung. thes. supr. 5. lit. a.* Ratio qvia regulare est, ut corruptō Principali, semper fingatur corruptum qvoqve Accessorium *l. 129. §. 1. & l. 178. ff. de R. J. cap. accessorium 42. de R. J. in 6.*

Et tantum de fertilissimâ & frequentissimâ Codicillorum materiâ, pro temporis ratione & ingenii tenuitate, exercitii gratiâ proposuisse sufficiat: ita tamen ut malè-dicta non-dicta cupiam. Interim indulgentissimum NUMEN, cui laudem debitam gratiasqve devotas lubens impertior, hujus dissertationis sit, uti

Initium, ita qvoqve

FINIS.

---

*Ad Consultis. Dn. Parentem*

*Eximii Dn. Respondentis,*

*Affinem M. pl. honorandum.*

**F**ilius ascendit cathedram feliciter: Ast Te  
Auspice forum descendat in Felicius.

L. VAL. ALBERTI, Acad. h. t. R.

---

Acclamatio Votiva

PRÆSIDIS:

**I**N Clausulâ notissimâ  
qvæ CODICILLIS sapius,  
Alexipharmacum velut,  
subjungitur, potissimum  
Testator optat suspicax  
ut Codicilli conditi  
meliore formâ, & qvo qveunt  
modo valere firmiter,

valeant. Quid autem nunc ego,  
qvi Clausulam tractatui  
de CODICILLIS huic Tuo  
subjungo? Toto pectore  
exopto, ut hoc laudabile  
Conamen omni, qvo potest,  
valeat modo, atqve conferat  
cum Commodo Decus tibi!





00 A 6412

ULB Halle 3  
002 916 525




Sb.

R

DA











~~#7~~ 16.

16

A & Ω.  
DE

# CODICILLIS,

Nobilissimo JCTORUM Ordine  
consentiente,

*PRÆSIDE*

# FRID. GEISLER,

Reussendorff-Silesio.

Phil. & J. U. D. ac Institut. imper. Prof. publ.

*in collegio Petrino horis Matutinis*

*die 11. April. § A. C. 1677.*

publ. disput.

FRIDERICUS-VOLRATH Schurche/

Islebiensis Saxo,

AUCTOR.

LIPSIÆ,

Literis JOHANN-ERICI HAHNII

*[Handwritten signature]*

